



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Die Schedelsche Bibliothek

Stauber, Richard

Freiburg im Breisgau [u.a.], 1908

12. Petrus Danhause an [Hartmann Schedel].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54213)

Et per optimum librorum ligatorem de novo in corio albo porcino et aliis ornamentis decorare feci, pro quo sibi florenum dedi ut nunc liber iste pro utilitate medicorum sic clarescere poterit ad laudem dei: post hoc bibliothecam eorum variis novis libris ornaverunt qui eis ad utilitatem cedere possunt.

HA. S. D.

11. Dr art. et. med. Burdhard Hornek an Hartmann Schedel. Würzburg, 16. August 1505 (4^o Inc. s. a. 1046, Einlage). Übersendung eines gedruckten Gedichtes des Verfassers, des Carmen de ingenio sanitatis, das an Erzbischof Berthold von Mainz gerichtet ist.

Preclaro Arcium et medicine doctori famosissimo d.[omino] M.[agistro] Hartmanno Schedel Nurinbergensi prothomedico preceptoris suo observantissimo.

Iesus.

S. p. d. Tametsi longa taciturnitas brevi colloquio terminari non potest, attamen iubeo te salvere summo corde, totis viribus, quoad Vires valeant, dii tibi omnes omnia optata ferant: et tibi et mihi in rem recte conducant nostram. dii vortant. id petam id prosequor corde et animo rogo. Verum ut hunc tibi singulariter commissum atque favorizatum habere velis summis precibus oro. pro quo si nulla unquam processerunt merita, hoc unum polliceri audeo: ad quemcunque statum pervenero me tibi eternum [sic!] fore devictum [sic!] atque obnoxium. Vale et me ama. Tuas expecto litteras. Hunc codicillum ad te misi propter antiquam necessitudinem nostram.

Munera ne credas animus pietate revulsit.

Sit tibi quod ymo corde favore velim.

Ex Herebipolim [!] altera post assumptionem [!]. Anno a carnali Christiano 1505. B.[urckhardus] de Hornek tuus divisim [?] in pari [?] habitus [?].

Auf der Außenseite Notiz Schedels: Presentata 20. Augusti. Anno 1505.

12. Petrus Danhauser an [Hartmann Schedel]. Undatiert (Cm. 23877, fol. 181^e). Bitte um leihweise Übersendung der Vita S. Sebaldi.

Egregie preclare domine doctor: Nonnulli egregii cives Vitam sancti Sebaldi emendandam castigandamque me obtinuerunt. eis enim denegare et turpe et grave duxi: quoniam ea vita ita incognita est michi ut ulli. liber item totus emendatione indignus peto per omnes deos et stigios et eliseos: si eadem [?] magistri Sigismundi apud vos sit quatenus per diem non denegatis: Valeat dominacio vestra: citius euro:

Danhusser.

Legenda Sancti Sebaldi.

13. [Uljen?] an [Hartmann Schedel]. Undatiert (Cm. 528, Einlage). Übersendung eines Gedichtes des Verfassers.

Iesus.

Quamvis variis sim impeditus negociis doctor Excellentissime, minime tamen a musis interiungo. illac enim tanquam ad suavissimam recreationem a laboribus me confero. Cum igitur de archatrio nuper inter loquendum, ut scit excellencia tua, sermo incideret, ego quod ocium nactus ea de re his versiculis lusi. volui autem eos ad excellenciam tuam mittere, ut iudicium tuum acre subirent diiudicaresque plane ne hominis ingenium descripsissem. Vale.